

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 2460

**Auteur(s) :** Richard Peldelou [particulier]

**Bénéficiaire(s) :** Coutances (hôtel-Dieu)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1254, septembre

**Lieu d'émission :** Coutances

**Action juridique :** donation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Donation par Richard Peldelou à l'Hôtel-Dieu de trois pièces de terre aux champs de la Roquelle.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. Le Cacheux Paul, *Essai historique sur l'Hôtel-Dieu de Coutances*, l'hôpital-général et les Augustines hospitalières depuis l'origine jusqu'à la Révolution avec cartulaire général, Paris, Picard, 1895-1899, 2 vol., t. 2, n° LXVII, p. 53-54.

Texte établi d'après a

Sciant omnes presentes et futuri quod, ego Ricardus Peldelou, dedi [et concessi domui Dei co]nstancensi et fratribus et pauperibus in eadem domo habitantibus, caritatis intuitu, in p[uram et perpet]uam elemosinam, tres pecias terre sitas in parrochia Sancti Petri Constantiensis, quam terram jure hereditario [habebam et p]ossidebam, continentes tres virgatas terre vel eo circiter. Et una pecia terre [sita] est apud Roquela et jungitur ab uno latere ad terram Godefredi de Poncellis et ab alio [latere] ad terram Petri Peldelou et ab uno buto jungitur ad terram Cuer de queisne et ab alio buto [jungitur] ad terram Johanne uxoris quandam Thome Galteri. Altera pecia jungitur ab uno latere ad terram Radulfi Bordeaus et ab alio latere jungitur ad terram Petri Peldelou et ab uno buto jungitur ad terram Roberti et ab alio buto jungitur ad cheminum per quod itur de burgo Constantiarum ad parcum domini episcopi Constantiensis. Tercia pecia jungitur ab uno latere ad terram familie Willelmi Sans Barbe et ab alio latere jungitur ad terram Petri Peldelou et ab uno buto jungitur ad terram predicti Roberti et ab alio buto jungitur ad cheminum predictum. Habendas et possidendas predicte domui, fratribus et pauperibus et eorum successoribus in perpetuum, libere, quiete et pacifice et absque aliqua reclamatione mei vel heredum meorum, salvo jure in omnibus capitalium dominorum. Et ego et heredes mei tenemur hec omnia predicta predictis domui, fratribus et pauperibus in perpetuum garantizare contra omnes pro posse nostro, vel alibi excambiare. Juravi etiam quod hec omnia predicta in perpetuum ob[servabo ?] et quod contra non veniam ullo modo. Quod ut firmum et stabile permaneat, presentem cartam sigillo meo confirmavi. Et ad majorem confirmationem Alveredus Le Palefrei, de quo dicta terra tenetur, predictam elemosinacionem volens et concedens, sigillum suum presenti carte apponere dignum duxit. Actum est hoc anno Domini M° ducentesimo et quinquagesimo quarto, mense Septembri.